



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae
aliquot piaë, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

Haimo <Altissiodorensis>

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1551

VD16 H 222

Maria stabat ad monumentum foris loh. 20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

Spiritus sancti repleti fuerit. Quod uero subditur,
Et nemo audebat discumbentiū eū inter-
rogare, tu quis es? scientes quia dominus est.
tale est ac si diceret. Nemo præsimebat q̄s esset in-
terrogare, quia quod ipse Christus esset, nemo po-
terat dubitare. Tā eīm manifesta & præclara erat
eius cognitio, ut omnibus se uidentibus manifestū
esset, quis esset. & ideo superfluum erat, quis esset,
rogare, de cuius cognitione nemo discumbenti-
um poterat dubitare.

Et uenit Iesus, & accepit panē, & dabat eis,
& piscem similiter. ¶ Dedit ergo dominus disci-
pulis piscem, quia suam passionem, imitādam esse
ostendit. Dedit & cum pisce panem, quia post to-
lerantiam passionis, gaudia repromisit æternę fa-
tietatis. Quod uero dicitur,

Hoc iā tertio manifestatus est Iesus disci-
pulis suis, cum resurrexisset a mortuis, ¶ nō ad nu-
merū apparitiōum, sed poti⁹ ad dierum ptinet. Nā
primo die quo resurrexit a mortuis, quinq̄s ab
hominibus uiuus est. Iterum autem alia die quan-
do post dies octo apparuit discipulis in conclau,
ubi erat Thomas. Tertio uero, q̄n piscantibus ad
mare Tiberiadis, septima uice apparuit discipulis,

FERIA QUINTA PA-
schæ. Iohan. XV

In illo tempore Maria stabat ad monu-
mentum foris plorans. Et reliqua.

IN multis locis scripturæ uirtus p̄seuerantię lau-
dabilis ostēditur, nō minus t̄n in hui⁹ exordio
lectionis, q̄ præcipua uirtus sit cognoscimus,

si huius euangelij superiora parumper attendamus. Supra em̄ retulit euangelista, q̄a cū adhuc tenebrę essent, Maria Magdalene uenit ad monumentum, & uidit lapidem sublatum a monumento. Cū currit ergo, & uenit ad Simonē Petrum, & ad aliū discipulum quē amabat Iesus, & dicit eis: Tulerunt dñm de monumento, & nescimus ubi posuerūt eū. At illi currentes, introierunt in monumentū, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt. Et de illis, p̄tinus scriptum est: Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipso. De illa autē subditur: [Maria stabat ad monumentum foris plorans.] Vbi cōsiderandum est, mulieris huius mentem q̄tus amor dñi accendat: q̄ etiam discipulis a monumento discedentibus, nō discedebat. Et q̄a ab inquisitione nō cessauit, prima eum uidere meruit. Vnde cognouimus q̄a in omni bono ope p̄seuerantia necessaria est, dño dicente: Qui p̄seuerauerit usq̄ in finem, hic saluus erit. Hinc est, q̄d p̄ legem cauda hostiæ in sacrificio offerri p̄cipitur. In cauda quippe finis est corporis, & ille deo sacrificium acceptum immolat, qui op̄ bonum usq̄ in finem cōsummat. Hinc est etiam, quod Ioseph inter reliquos fratres tunica talari indutus esse memoratur. In talo quippe finis est corporis. Et ille talari tunica spiritaliter induitur, qui bonum opus usq̄ in finem perducit. Hinc nos & Psalmista admonet, dicens: Cōstituite diem solennem in cōdensis usq̄ ad cornu altaris. In cornu namq̄ altaris finis est. Et ille diem solennem mente celebrat, qui in bono opere usq̄ in finem perseuerat. Quanto autē in m̄ore de domino mulier hęc affligeretur, manifestatur cum dicitur: [Maria stabat ad monumentum

Mat. 24.

Leu. 3.

Ps. 117

foris plorās.] Plorabat enim, quia eum quem multum desiderabat, non uidebat: plorabat, quia de monumento corpus furatum putabat.

Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum.] ¶ Iam enim monumentum uacuum uiderat, quia & dñm de monumento furatum discipulis nunciauerat. Quid est qđ iterum se inclinauit, nisi quia iterum uidere desiderat? Valde enim a manti semel aspexisse non sufficit. Sicut enim nos cum aliquam rem perdimus, quanuis huc illucq; quærendo discurremus, tñ ad eum locum sæpius respicimus, ubi eam habuisse meminimus. ita & hæc mulier, quāuis huc illucq; dñm corpus quæreret, anxia tamen de eius absentia, frequentius monumentum aspiciebat, ubi eum positum nouerat. Vnde etsi dominum statim uidere non meruit, tamen angelorum uisione priuata non est. Vnde & subditur:

Et uidit duos angelos in albis sedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu.] ¶ Vbi forte mouet aliquem, quære Iohannes in dñi resurrectione sedentes describat, cum Lucas eiusdem resurrectionis modum describens, commemoraret, quod iuxta mulierem steterint. Ad quod respondendum, quia sicut sedere regie dignitatis est, sic stare adiuuantis uel pugnantis. Et quia idem mediator dei & hominum, rex nobis pariter & sacerdos effectus est, alios sedentes, & alios stantes describit. Et quia hic cuius resurrectionem testificari uenerant, deus & homo credendus est, recte unus ad caput, & unus ad pedes sedisse memorantur. Per caput enim altitudo diuinitatis designatur, sicut dicit Apostolus. Caput Christi. 2 Co. 10

deus per pedes humanitatis exprimitur, sicut per Moysen dicitur: Et quod appropinquat pedibus eius, accipiet de doctrina illius. Quasi ergo ad caput sedet angelus, cum euangelista predicat: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Quasi ad pedes sedet angelus, cum idem euangelista subiungit, Et uerbum caro factum est & habitauit in nobis. Et quia consuetudo est Palestinis, ut dies festos celebrantes, albis uestibus induantur, cum in uestibus albis angeli apparuerunt, festiuitatem se celebrare ostenderunt. Vbi si quis querat, utrum suam, an nostram, respondendum est, quia & tuam & nostram. Illa enim domini resurrectionis, angelorum festiuitas fuit, quia eorum numerum propositum angelum imminutum ex hominibus recuperauit. Nostra quod festiuitas fuit, quia nos de tenebris & umbra mortis liberatos, ad angelorum dignitatem reuocauit. [Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras?] Interrogabant angeli non solum causas, sed etiam inquisitiones, non ut querendi desiderium minuerent, sed ut auerterent. Sicut enim nos cum propter charorum amissionem flemus, si quis nos fletus causas inquirat, fletum magis accumulatur: ita & illi causas doloris interrogabant, ut fletus desiderium auerterent, scientes beatos esse lugentes, quoniam ipsi consolabuntur. Sed mulier cuius rei gratia fletet, manifestat cum adiungit:

Quia tulerunt dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum. [Vbi notandum quia non dixit, tulerunt corpus domini mei, sed tulerunt dominum meum, cum solum corpus domini in monumentum positum nouerat. Scriptura enim sacra aliquando totum, pro parte ponere consuevit: & ideo cum solum domini corpus quereret, deum sublatum de monumento commemorauit.]

Hec cum dixisset, conuersa retrorsum, uidit Iesum stantē, & nō sciebat quia Iesus ē. Pulchre, ut deū mereretur uidere Maria, cōuersa retrorsū dicitur. q̄m retrorsum cōuertitur, illuc oculos dī rigit, ubi prius terga habebat. Quasi ergo retrorsum cōuersa ē, q̄n dubitationis nebulas postponens, Christi resurrectionē ex parte credere cōepit. Cū tñ dñs ita suā uisionem temperauit, ut quā amabat, sed eum resurrexisse non credebatur, illum & uideret, & non recognosceret. Vnde & subditur:

Illa existimās quia hortulanus esset, dicit eis Domine, si tu sustulisti eum, dicitō mihi ubi posuisti eum, & ego eum tollā. In quibus uerbis etiam cōsiderandum, quātus amoris ardor mentem mulieris imbuerat, quā anteq̄ personam eius significasset, quē querebat, q̄si scienti loquebatur, dicens: [Si tu sustulisti eum, dicitō mihi ubi posuisti eum, & ego eum tollā.] Habet em̄ uis amoris hoc propriū, ut quē quicquid multum amat, om̄es amare putet. Sed nō in toto mulier errauit, cum dñm hortulanum existimauit. Sicut em̄ ad hortulani officium pertinet, noxias herbas eradicare, ut bonā quā possint proficere ita dñs Iesus Christus de horto suo, id est, de ecclesia sua, quā die uitia eradicat, ut uirtutes proficere ualeant. Cum uero sexus femineus fragilis sit ad onera deferenda, & pauidus ad mortuorum cadauera baiulanda, quicquid alijs impossibile est, hęc propter magnitudinem amoris leue & possibile arbitratur, dicens. Si tu sustulisti eum, dicitō mihi ubi posuisti eum, & ego eum tollā. [Dicit ei Iesus: Maria, Cōuersa illa, dicit: Rabboni, quod dicitur magister. Dicit ei Iesus: Noli me tēgere.

¶ Quia dñs superius mulierem communi sexu appellauerat, & cognitus non est, uocauit etiam proprio nomine, ut saltem cognoscentem se recognosceret. Air em: [Maria.] cum enim apud deum certus sit numerus electorū, magna gratia alijs datur, qñ pprijs noībus deo noti esse memorantur, qualis erat Moyses, cui dictum est: Noui te ex nomine. Et, Inuenisti gratiam corā me. Vnde mulier postq̄ pprio noīe a dño uocata est, statim cognoscentem se recognouit, dicens: [Rabboni, qđ dicitur magister.] Iam uero post hac quid mulier fecerit, euangelista nō declarat, tamen ex eo qđ dñm dixisse adiungit, [Noli me tangere,] declarat, quia mox ut mulier dominū recognouit, uestigia eius adorando tenere uoluit. Cui a dño dicitur: [Noli me tangere.] Vbi nō putandum, qđ post resurrectionem tm̄ renuerit tactum scēminarum, cum de duabus a monumento illius recedētibz dicitū sit, qđ accesserunt & tenuerunt pedes eius: sed illam a suo contactu phibuit, cuius mentem rectam in fide non sensit. Sed quare a muliere se tangi noluerit, manifestatur cum subditur.

Nō dum enim ascendi ad patrem meum.

¶ Nunquid em̄ post ascensionem eum corpora liter tangere ualebat? Non. In eius q̄ppe mentem nō dū ad patrē ascenderat, q̄ cū mortuū inter mortuos regrebat, æqualem patri eum non credebat.

Vade aut̄ ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum & patrem uestrum, deum meum & deum uestrum.

¶ Magna dignatio redemptoris erga apostolos declaratur. Qui enim serui non fuerant digni, fra

tres uocantur, iuxta illud quod in eius persona per
 Psalmistam dicitur: Narrabo nomē tuū fratribus *Psal. 71.*
 meis, in medio ecclesie laudabo te. Nec ab hac di-
 gnitate nos alieni erimus, si morum sanctitate par-
 ticipes fuerimus, domino ipso dicente: Quicumque *Mat. 23.*
 fecerit uoluntatem patris mei qui in caelis est, ipse
 meus frater & soror & mater est. Quam ergo ma-
 iorem remunerationem potest habere adoptatus
 seruus, quam ut appelleretur frater illius, qui est uni-
 cus filius? Et ideo qui digni non fuimus serui uo-
 cari, fratres appellamur. Sed cū diceret, [Ascendo
 ad patrē meū & patrē uestrum, & reliqua,] quare
 communiter non dixit, nostrum? Nimirum quia
 aliter illi pater est, & aliter nobis. Quoniam quod
 ille habet per naturā, nos accepimus per adopti-
 onis gratiam. Deus illius, quia descendit ad nos, &
 minoratus est paulo minus ab angelis, humanita-
 tem nostram assumens. Deus uero illorū, quia per
 illum ad patrem ascendere meruerunt.

Venit Maria Magdalena nuncians disci-
 pulis, quia uidi dñm, & hæc dixit mihi. ¶ Miseri-
 cordissima dei pietas in hoc loco erga sexum for-
 n. incū declaratur. Quia enim per scēminam mors
 mundo illata fuerat, ne semper in opprobrium se-
 xus scēmineus haberetur, per sexum scēmineū uo-
 luit nunciare uiris gaudia resurrectionis, per quem
 nunciata fuerat tristitia mortis. Ac si diceret homi-
 nibus: De cuius manu sumpsistis poculū mortis, ab
 eius ore audite gaudia resurrectionis. Postquā au-
 tem mulier audiuit, Vade, dic fratribus meis &c.
 recte subiunctū est, [Venit Maria nuncians disci-
 pulis. ¶ Quia omnis qui recte intelligit, alijs nun-
 ciare debet, iuxta illud quod in Apocalypsi legi-

tur: Qui audit, dicat, Veni.

Apo. 22.

FERIA SEXTA PASCHÆ. Matthæi XXVIII.

In illo tempore Undecim discipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi constituerat illis Iesus. Et reliqua.

Domini iussione obedientia comitatur discipulorum. Cum enim se passurū & resurrecturū dominus prædiceret, etiā locū ubi uidendus esset a discipulis, designauit, dicens: Post

Mar. 14.

quam resurrexero, præcedam uos in Galilæam. Et cum eius resurrectionem iam factam angelus mulieribus nunciaret, ait: Ite, dicite discipulis eius &

Mar. ult.

Petro, quia surrexit. Ecce præcedet uos in Galilæam. ibi cū uidebitis, sicut dixit uobis. Hac promissione discipuli subleuati, ut præsens euangelij lectio narrat. [abierunt in Galilæam, in montē ubi constituerat illis Iesus.] Vbi non absq; consideratione prætereundum est, quod se in Galilæa post resurrectionem dñs uidendum promisit, atq; (ut p̄ sens lectio commemorat) exhibuit. Galilæa namq; in nostra lingua, transmigratio facta interpretatur. Et post resurrectionē in Galilæa uidetur, ut

2. Co. 5.

sicut dicit Apostolus: Et si noueramus Christū secundum carnē, sed nunc iā non nouimus. Et item,

Rom. 6.

Christus resurgens a mortuis, iam non moritur, mors illi ultra nō dominabitur. Siue certe cū in Galilæa (i. in transmigratio) uidetur, nos mystice cōmonet, ut si eū uidere optamus nūc per speculū &